



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 12. Antiqui quoties die cibum sumpserint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

FALSA multorum animos occupauit opinio, veteres semel tantum die cibum sumpserint. quam, ut puto, conceperunt e verbis Platonis, qui in illa nobili epistola ait, displicuisse sibi, quod in Sicilia bis die saturi fierent. Sed aliud est, capere cibum, aliud *μαρμαρμα*. Ego in Græcorum Commentariis reperio, quater die ipsos cibo ac potu corpus reficere solitos: quod etiam hodie multis locis fit apud quasdam transalpinas nationes. primum quidem diluculo. id vocabant *ἀλεγεινὸν*, aut *ἀλεγεινὸν*: quod non dilutum, sed merum, ut ait Aufonius, merum biberent: aut etiam *δενυσσιμὸν*, quam vocem vnà cum re ipsa nostrates retinuerunt. sequebatur *ἄριστον*: ita dictum, quod postea oporteret *ἀριστον*. inde *ἑσπέρια*: cuius hora erat, cum iam noctesceret, antequam tamen contenebrasset. postremò *δαιπνον*, aut *δαιπνον*, aut *δαιπνον*. aliter tamen hæc ab aliis traduntur. sunt enim, qui tantum tria agnoscant, *ἄριστον*, *δαιπνον*, *ἑσπέρια*. & de ipso *δαιπνον* tempore ac nomine non omnes idem sentiunt: omninoque confunduntur hæc apud veteres. In Romanis scriptoribus reperio silatum, siue ientaculum, prandium, cœnam, vespertinam. miror autem, quid sibi voluerint, cum sibi vinum condirent: iucunditatem ne aliquam in eo, an salubritatem spectauerint.

Terentianus versus imitatus e Cæcilio. loci cuiusdam e quaestione Tusculana vulgata scriptura aduersus Nonium descripta. item eiusdem Grammatici alia quedam improbatæ. Correctus locus e libro quarto De Finibus.

CAPVT XIII.

VERSVS est Terentij, in fabula quæ inscribitur Adolphæ, in extremo:

Quid